Dissertatio Inauguralis
JURIDICA
DE
FELONIA,

QUAM


DEO assistente

EX DECRETO ET AUTHORITATE

MAGNIFICI JURIS-CONSULTORUM ORDINIS

In

Illustri, ac celeberrima Academia



HASSO-SCHAUMBURGICA,

PRAESIDE

Viro Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo

DN. JOHANNE HELFRICO CHUNONE,

J. U. D. Ejusdemque Professore publico, & Consiliario Hassiaco, nec non Facultatis Juridicæ hodie DECANO.

Dn. Præceptore, Patrono & Promotore suo perpetim colendo.

Pro LICENTIA

Summos in utroque Jure Honores, Insignia ac Privilegia DOCTORALIA ritè capescendi

Mense Xbr.

IN AUDITORIO JCTORUM

horis consuetis

Publicæ disquisitioni submittet

JUSTUS FRIDERICUS Wippermann/

Schaumburgicus.

RINTELII, Typis G.C. Wächters/ Acad. Typ. ANNO 1674.


PATRONIS.



I. N. D. N. J. C.



Atâ mihi nuper à Magnifico JCtorum Collegio pro gradu disputandi licentiâ, deliberavi diu, quam nam disputationis inauguralis loco elaborârem materiam: Ex multis autem mihi magis placuit nulla, quam Feudalis: Usus enim & mores Feudorum tam longè lateque diffusi sunt ac patent, ut vix decimus quisque hoc credat: Est autem jus per se singulare, & separatum, quod fere in universas totius Juris Civilis scripti, ac non scripti materias, inprimis verò difficillimas in-



CAP. I.


DE

Etymologia vocis Feloniæ, ejusdemque generali descriptione.

Thes. I.



CIrca Etymologiam Doctores variant: Quidam originem deducunt à Græco φήλωσις, sive φήλωμα, quod significat fraudem, culpam, sive imposturam, deceptionem, improbitatem, Alii cum Spiegelio barbarum nomen, & in Longobardorum labris esse ortum indicant: Franciscus enim Hottomannus in Comment. de verb. *feud.* sub *lit F.* in verbis *Felonia* Longobardis, & Gothis hanc vocem idem significasse, docet, quod Latinis scelus:

Germanis, Schelmerey/oder ein Schelmstück & tam Domino, quam Vasallo tribuit, & videtur hæc priori probabilior, quod hæc vox ex lingua Longobardorum, vel Germanorum Italiam invadentium ibi corrupta, in usum venerit, & hoc sensu sit scelus dolo perpetratum.

II.

QUô etiam & nos latam culpam intelligimus *l. 226. de verb. signif. & leg. 32. ff. Depos.* Et contrarium non inducit sententia *Dom. Schrad. p.2. sec.6. q.17. n.33.* quâ statuit, feloniam esse crimen: Crimen verò tunc saltem appellari potest propriè, si in id incidat, quod de jure Comm. est Crimen, puta in Adulterium, in homicidium, furtum &c. cujus exempla habet textus *2. feud. 24. §.2. 1. feud. 5. in princ.* & ita intelligendus *Dn. Schrad. all. loco.* Quando autem in omittendo felonia est commissa, puta, si vasallus non petat investituram, non præstet servitia &c. uti videri potest 1. *feud. 22.* non potest propriè crimen dici vid. *Henric. Rosenthal. de feud. c. 10. Conclus. 1.*

III.

PRæmissâ hac distinctionê non obstat, quod in criminibus, quibus infamia vel pœna capitis irrogatur, lata culpa non æquiparetur dolo: Dominus enim feudum propter commissam Feloniam à Vasallo vindicat tanquam privatus à privato, quamvis Dominus sit Princeps; Est enim Jus in ista re secundum tenorem juris feudalis radicatum, quod præter Dominum & Vasallum neminem nisi per consequentiam tangit.

IV. Hinc

IV.

HInc Schrad. 2. *part. 9. post. in princ. sect.* 11. putat, hanc actionem esse civilem, non verò criminalem *Bald. cap.* 1. *in pr. n.* 20. hanc dat rationem, quia, dicit, pœna privationis Feudi non applicatur fisco, sed parti, & certum est, illam pœnam, quæ applicatur parti & non Fisco, esse pœnam civilem, non Criminalem; & propterea Vasallum propter feloniam commissam, ut feloniam, non fieri infamem, nisi causa, propter quam quis condemnatur, talis sit, quæ infamiam ad se trahat *l.* 22. *ff. de his qui notantur infamia.*

V.

ET hinc manet, quod ex lata culpa quis committat feloniam Nam 2. *feud.* 24. §. 2. expressè hæc verba habentur: *dolò vel negligentiâ celaverit.* 1. *feud.* 7. etiam culpæ mentio fit, per quæ verba & latam culpam intelligo. *l.* 213. *§* 2. *ff. de V. S. &* 226. *Eod.*

VI,

IDeoque felonia non aliter describi potest, quàm quod sit *delictum feudale, quo Vasallus Dominum, vel Dominus Vasallum dolo, & latâ culpâ contra datam fidem secundum tenorem Iuris Feudalis debitam, lædit. arg.* 2. *feud.* 26. §: *Domino* & 2. *feud.* 47. *verb. sed prior.*

CAP. II.

Quis committat Feloniam.

Thes. I.



Isce præmissis facili negotiô intelligi poteſt, quænam perſonæ hujus delicti rei fieri poſſint, & quod tam ad Dominum, quam Vaſallum extendatur, h: t:! *ſupra all. 2. feud. 26. §. Domini & 2. feud. 47.* verb. *ſed prior.* Dominus enim æque Vaſallo ſuâ fide eſt obſtrictus, quam Vaſallus Domino. Quare Jus Feudale ob mutuam vicem Domini, & Vaſalli hoc introduxiſſe videtur, *2. feud. 6. verb. Dominus quoque.* Sicut inter Patronum & libertum, à quibus hoc Jus Feudale ſæpè arguitur, & argumentum inde ſumtum ſæpius procedit; Patronus enim, ſi ingratus erga libertum fuerit, omni eo, quod â liberto exſpectare poterat, operis nempè ſibi debitis, & hereditate non minus, quam libertus ingratus libertate privatur *l. fin. C. de bonis libert. l. Qui cum major ff. eod.*

II.

HOc autem cum grano ſalis accipiendum puto; Nam ſicuti Vaſallus alienans absque conſenſu Domini, feudum amittit, ita non eadem ratione dominium directum alienante iſthoc absque conſenſu Vaſalli Domino, ad

no, ad Vasallum pertinet, cum quo ad alienationem manifesta sit diversitas inter Vasallum & Dominum. Nam sicuti Vasalli jus dependet à Domino, ita non eadem ratione Domini jus dependet à Vasallo, & per consequens alienatio hæc directi Dominii facta sine consensu Vasalli, non potest dici in contemtum ejus facta. Vid. *Struv. in Synt. Iur. Feud. Cap.* 13. *Aph.* 9. Et textus Juris Feudalis *2. feud.* 6. est intelligendus de casibus, in quibus, & Domini, & Vasalli eadem est ratio, quibus Dominus culpam, vel delictum, sive in Vasallum, sive in alium committit.

III.

COntractus igitur talis potius nullus est & irritus 1. *Feud.* 22. *§. si quis.* Contrarium quidem statuit *Ludvvel ex sententia comm. Doct. Cap.* 18. sed rationes ipsius non stringunt, alienatio enim hæc delictum non est *arg. l.* 21. *C. Mand.* quamvis Dn. Schraderus in hac sit opinione, cum tamen ex text. Juris Feudalis non possit deduci & rationes contra hunc militent urgentes, uti supra est demonstratum.

IV.

PRoprietatem autem non amittit Dominus, quamvis alienet Dominium *l. supra all.* 21. *C. Mand.* quod autem irrita sit, & non subsistat talis alienatio, ratio est, quod Vasallo invito non potest obtrudi Dominus, cui ad servitia præstanda debet esse obligatus. Et quamvis Dominus Vasallos suos in æque idoneum transferre velit, tamen invitis Vasallis hoc fieri non posse, statuit *Dn. Herm. Vultj. in tr. de feud. l.* 11. *cap.* 10. *n.* 11, nisi Dominum summa premat necessitas, hoc casu rectè Dominum do-

mini




minium suum alienare volunt *Rosenth. c. 9. concl. 62. n. 20. Dom. Vultej. d. loc. c. 10. n. 71.* Summa enim necessitas legem non habet. *Art. 166. Const. Crim. Car. V.*

V.

ALias ne quidem Princeps subditos suos invitos in alium Dominum vel vendendo vel permutando, vel oppignorando transferre potest. *arg. Novell. 149. c. 3. Nov. 161. c. 2.* Nam autoritas Principis ab initio ex populi processit voluntate, quæ in ejus præjudicium & incommodum produci non debet: Et Princeps subditis suis ex contractu vel quasi obligatus *l. 1. ff. d. pact. l. 1. ff. de Const. Pecun. l. 4. C. de. LL l. 23 ff. de leg. 3. Lancell. in templ. omn. Jud. l. 1. c. 1. quæst. 6. n. 3.* Cum tamen subditi, qui domicilium in Principis alicujus territorio habent, & sub ejus vivunt jurisdictione *l. domic. ff. ad municip. l. in patria C. de Colon.* arctius superiori obligentur, quam Vasallus Domino. *Rosenth. c. 5. concl. 78. n. 5.* Hinc Dominus dominium alienare non potest, quamvis eô alienatô non privetur, uti satis supra deductum.

VI.

QUæritur autem: an hoc delictum Feloniæ, tam illi, qui magna, quam qui minora feuda habent, perpetrare possint? Cujus distinctionis facit mentionem feudista 1. *Feud.* 1. dicendum, quod Textus Juris Feudalis non distinguant, sed decidant generaliter. Qui est Vasallus, ille delinquendo Feloniam committit, & contra. *Vide sæpius alleg. 2. feud. 26. §. Domin. in 2. feud. 47. & 1. feud. 6.*


VII.

VII.

HInc incidit quæstio, an status Imperii, qui feudum imperii tenet, feloniam committat, si contra hostem opem ferre recuset? Puto distinguendum esse, an hostis talis sit imperii, an verò Imperatoris: priori casu feloniam committere puto: posteriori verò non: Quia status Imperii quidem habent feuda sua ab imperio non verò ab Imperatore, Cum Imperator neminem de feudo imperio aperto sine consensu omnium statuum Imperii investire possit Vide *Capit. Leopold. §. 32. verb.* **oder mit Vorwissen und Bewilligung der** &c. Et certum est, neminem, nisi Dominum Vasallum feudo privare posse: Investitura quidem à solo Imperatore fieri solet, propter verba *Cap 7. §. 3. A. B. verbis de ipsa providere debebit, & poterit, tanquam de re ad se & imperium devóluta*: Cui autem collatio fieri debeat feudi, cum totius collegii consensu ponderandum erit. *Art. 44. Cap. Leop. verb.* **und über solches alles das jenige** *Collegium,* **in welchen sie sollen auffgenommen werden/ gnugsam gehöret.** Vid. *Dn. Rhetius in comm. suo ad Ius feud. l. 1. tit. 1. n. 19*, unde necessariò consensus statuum Imperii propter feloniam à statu commissam, requiritur, & Imperatoris condemnatio non sufficit **Eytel Friderich von Herden in der Grundfeste das H. R. R.** *p. 3. c. 1. & p. 3. c. 3. ad Art. 28. Cap. Leop.*

IIX.

UNde patet Imperatorem, si defunctus non fuerit suo officio, consensu omnium Electorum ex causæ cognitione, & sententiæ condemnatione justa, dignitate sua Imperiali privari posse, uti deducit Runcelin.

ad A.B. disp. 5. *Th.* 7. *lit. B.* & exemplum demonstrat in Wenceslao & Adolpho Imper. add. *Dn. Vultej. in l.* 1. *n.* 7. *C. ubi sen. vel clar.* Carolum IV. allegat Sever. de Monzamb. *c.* 4. §. 6. ejus enim est deponere cujus est eligere. vide *Dn. Herm. Vultej. ad supr. all. l.* 1. *C ubi sen. vel Clar. vide Leheman. in Phil. ad A. B. ad tit.* 5. *concl.* 6. *& seq. Dn. Carpz. in aureo suo tract. ad L. Reg.*

IX.

HIc forsitan non incongruè quæritur, an Rex Bohemiæ & Archidux Austriæ possint feloniam committere in Imperium Romano Germanicum ratione territorii? Et licet Sev. de Monzamb. *in tract. suo de statu Imperii* videatur in negativam propendere, nos tamen affirmativam veriorem judicamus.

X.

CIrca feuda Rustica dubium oritur *ex* 1. *feud.* 21 *&* 22. in quibus textibus semper militis mentio fit, quâ ratione posset quæri, cum rusticus, ut rusticus non sit miles, an nihilominus ob culpam vel dolum feloniam committat? Resp. quando talia rustica feuda jure feudi concessa sunt, ob culpam feloniam committi: si enim sine culpa non possunt amitti, culpam committens iis excidet, quod in simili statuit Struv. *in synt. Jur. feud. c.* 15. *a.* 9. *n.* 9. Et quod in all. text. habetur intelligendum est intuitu morum priorum, qui enim potest negari, rusticos quoque pro re nata belli munia obire posse. Vide *Rosenth. de feud. cap.* 10. *concl.* 10.

XI.

PUpillus sicuti non obligatur *l. si pupil.* 172. *de verb. obl. l.* 1. *in fine de novat. l.* 14. *ff. de obl. & act. l.* 73. *de cond. indeb.*

ita

ita nec feloniam committere potest, quamvis recognoscat feudum. *arg. §. de inut Stip.* & imputet sibi Dominus, qui talem Vasallum sibi elegit, qui ex contractu illo non obligatur vide *Rosenth. cap. 6. concl.* 41. Et volunt DD. quamvis juramento se obligaverit ad fidem servandam Domino, tamen non teneri, nec obligari efficaciter, non obstante quod doli sit capax, uti habet Rosenthal. *dict. loc. Auth. sacram. publ. C. si adversus vend. Jason. ad. d. Auth. n.* 19. 20. *& seqq.* Aliud est inpuberibus & minoribus 25. annis, licet enim minor ad præstandum juramentum fidelitatis non possit cogi 2 *feud.* 26. §. *si minori*, si tamen juraverit, jurijurando stare tenetur *per d. auth. sacram. l. fin. ff. de Rest. in Integ. l.* 1. *C. si adversus Rem jud.* Minor autem, sive curatorem habeat, sive non, sicuti acquirit feudum, ita etiam obligatur *l.* 101 *ff. de V. O.* Et si feloniam commiserit non restituitur in integrum; minoribus enim in delictis non subvenitur *l. 9. §. 2. de min.* Quid enim commune habet delictum cum venia ætatis? *l.* 20. *ff. de minor*, & dolus nobis non debet esse patrocinio.

XII.

FUriosus non committit feloniam, acquirit quidem feudum per curatorem, cum autem animi judiciũ non habet non delinquit *l. ult. C. de cur. furios.* delicta enim ex proposito fiunt, quod hic deest in furioso, & præsumitur Dominus gnarus conditionis hujus gratiam ipsi fecisse, ut per substitutum serviat, aut planè servitia remisisse. Vide *Rosenth. c. 3. concl. 8. Sonsbec. p. 3. n.* 107. *arg. 2. feud.* 104.

XIII.

PRodigus sicuti in acquirendo feudo non est prodigus,

arg. *l. 5. §. 1. de acq. vel amitt. her.* non erit ipsi subveniendum, cum feloniam commisit. Vide *Stuv. c. 5. th. 14. Sonsbec. p. 3. n. 107.*

XIV.

CLericus rectè feudum acquirit, & ex eo obligatur, & per consequens feloniam dolô vel culpâ suâ committit, non obstante 2. *feud.* 21. *verb. desiit esse miles seculi, qui factus miles Christi*, cum per substitutum etiam & hic sua servitia præstare possit, sicuti concessum aliis inhabilibus personis 2. *feud.* 40. *§. item si clericus* vide *Christin. vol. ult. dec. 9. n. 13. & seqq. Bocer. c. 3. n. 145.*

CAP. III.

Quibus modis felonia committatur.

Thes. I.

EX quibus causis felonia committatur, & quot modis hoc contingat, vix aliquâ certâ regulâ comprehendi potest, dum sicuti omne jus, ita quoque hoc quoad feloniam commissam in causa, i.e. circumstantiis factum comitantibus, positum est *arg. l. 52. §. 2. circa medium ff. ad l. Aquil.* 2. *feud.* 24. §. 2. verbis: *multis modis contingere potest, ut aliæ emergant causæ.* Sciendum autem est, feloniæ species, sive causas feudum amit-

tendi



tendi non omnes jure feudali, sed aliquas tantum expressas esse 2. *feud.* 24. §. *sed quia natura* ad quas prudens Judex pro solertia sua emergentes alias metiri possit *arg. l.* 12. *ff. de leg.* viginti quidem causas, propter quas felonia committi possit, ex text. Juris feudalis recenset Hottom. *in disp. feud. c.* 41. *fol.* 109. *lin.* 40. Alii vero plures, alii planè confuse delicta & culpas enumerant.

II.

NOs pro clariori intelligentia distinguendo procedemus methodô tali, scilicet, quod felonia dupliciter in feudo committi possit, aut faciendo, aut omittendo: si faciendo, iterum vel personam domini, vel extranei, aut bona feudalia respicit: si vero in committendo delictum vel culpa consistat, tum tantum personam Domini, & bona feudalia concernit.

III.

PRima causa amittendi feudi, quæ faciendo circa personam Domini committitur, est, si vasallus necem Domino armis, aut veneno afferat, & violentas manus ipsi inferat 2. *f.* 6. 2. *f.* 7. 2. *f.* 24. Idem est, si non interficiat, sed insidias tantum struat, aut manus inferre laboret 2. *f.* 51. 2. *f.* 57. 1. *f.* 5. quod si voluerit Dominum tantum offendere, nec tamen ad actum aliquem extraneum processerit i. e. si non laboraverit 2. *f.* 51. vel si laboraverit quidem, i. e. ad actum aliquem exteriorem devenerit, insidiatus tamen non fuerit, sed pœnitentiâ ductus destiterit, & ad effectum non deduxerit 2. *f.* 51. §. *si voluerit ibique Gloss.* feudô non privatur. Conatus enim in effectum non deductus, non punitur vid. *l.* 1. §. *fin. in fin. ff. quod quisque*

que jur. in al. stat. ut ips. Menoch. arb. Jud. quæst. lib. 2. cauf. 360. Hæc verò tunc saltem vera sunt, si suâ sponte pœnitentiâ ductus ab incepto destiterit *l. 3. §. 1. ff. de calumn. Rosenth. c. 10. concl. 22.*

IV.

CUm autem defensionis gratia Vasallus manus intulerit Domino, & limites moderaminis inculpatæ tutelæ non transgressus fuerit, h. e. si periculum non aliter effugere potuerit, non erit dicendus feloniam commisisse *l. 3. ff. d. j. & J. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. Const. Crim. Car. V. Art. 139. Exod. 22. v. 2.* Cum de jure naturæ licita sit necessaria defensio *L. 3. ff. de Just. & Jur.* Nam naturalis ratio dictitat ac quemlibet adhortatur, se suaque sedulò tueri ac conservare: Hinc eleganter Cicero *lib. 1. off.* ait: Hoc à natura cuiquam tributum, ut se & corpus suum tueatur, declinetque ea, quæ ei nocitura sunt. Et in *Or. pro T. Ann. Mil.* inquit: Est hæc non scripta, sed nata lex, quam non &c. Hoc in tantum verum est, ut peccet Vasallus, cum tali casu se non defendat, quoniam jus naturæ vult, ut nos vitamque nostram contra vim injustam legitimis mediis tueamur; necessariam verò defensionem esse legitimum medium, nemo negabit; peccat ergo is, qui mori mavult, quam contra violentum aggressorem se defendere in Deum, contra cujus voluntatem vitam sibi adimere permittit; in Rempublicam, quam cive privat; in semet ipsum, dum sui dilectionem negligit. *Carpz. pr. Crim. p. 1. q. 28. n. 11. & 12. Obrecht. in tr. de necess. defens. c. 1. n. 21. & seqq.* Quænam autem sit genuina differentia inter moderamen inculpatæ tutelæ & necessariæ defensionis, non est hujus loci, ideoque remitto hæc *ad Art. 142. Const. Crim. Car. V.*

Art.

Art.139 & 140 & 41.ejusd. Qui enim se fundat in necessaria defensione inspecie ita dicta, non ab omni pœna immunis est, qui autem conjungit eam cum moderamine inculpatæ tutelæ, eandemque probet, ab omni pœna absolvitur. Vide *dict. Art. & supr. all. l.45. §.4. ff ad L. Aquil.* Quæ omnia, sicuti ab his nemo hominum excipitur, ita etiam ad Vasallum, quamvis Dominum interfecerit, extendenda erunt Vide *2.feud.1.vers.stren.ICti.*

V.

EXcusatur etiam Vasallus, si Dominum in adulterio uxoris suæ deprehensum occiderit, *Dn.Schrad.p.9.c.4.n.* 92. Nam sicuti illa gravis est injuria, ita tali casu Vasallus justò dolore ductus homicidium committens, non committit feloniam *arg L.24 ff. ad L. Jul. de Adult. coerc.*

VI.

SUpra dicta extendenda sunt in tantum, ut si Vasallus manum contra Dominum elevaverit, quasi percussurus, non autem percusserit, feloniam commissam putemus, quia pro tali elevatione manus competit actio injuriarum *Arg. L. 15. §. 1. ff. de injur.* Et certum est, quod Vasallus, si Dominum injuriâ afficiat, feudo privetur *text. clar. 2.feud.24.v.porrò.* Nam hæc elevatio manus pro qualitate personæ potest dici atrox injuria, & injuria ex qualitate personarum æstimatur §. 9.*I. de injur.* Et hæc omnia non solum vera sunt, si *V*asallus ipse fecerit, sed etiam, si aliis hæc mandaverit, & mandatum effectū habuerit *§. Non solum* 11.*I. de injur Verbis vel qui procuravit.*

VII.

DOminum etiam assaliendo vel assiliendo, hoc est adoriendo: sive aggrediendo *V*asallus feloniam committit 1.*feud.5. §.simili.* nec minus Domino insidias struendo

endo 2.*feud*.6.*&* 24.§.2. vel in castro vel in vico, sive suo sive alieno insidias struendo 1.*feud* 5.*&* 2.*feud*.17.*Sonsb.p.* 12.*n*.55.*Rosenthal c*.10.*Concl*.18. Et sufficit, si castrum, vel vicum oppugnaverit, licet Dominus non adfuerit, modo sciverit *V*asallus, castrum ad Dominum pertinere: Causa enim amissionis hic non est præsentia Domini, sed, quod *V*asallus in Domini-præjudicium, & injuriam insultum talem fecerit contra juramentum à se præstitum, & debitam fidelitatem, & quod securitatem publicam violaverit: æquè enim pro domibus ac personis, quam integris oppidis est statuta pœna, ut sic publica pax triplicem habeat respectum, uti conditores juris provinciæ Wurmsato Frisici expresserunt *tit.* 11. §.2.*verb.* So wird auch dreyerley Friede gehalten / Hauß-Friede / Land-Friede / Hoff und Kirchen-Friede.

IIX.

DIrectò etiam læditur Dominus, si *V*asallus delator Domini existat, per quam delationem grave dispendium Dominus sustineat 2.*feud*.24. Per delatorem autem intelligimus non eum, qvi rem ad fiscum pertinentem præmii causa eidem denunciat *tot. tit. de delat.* sed eum qui in judicio accusat, nam & hunc delatorem vocari constat *ex l*.15.*&* 18.*ff. de jur. fisc.* si igitur Vasallus Dominum in judicio accusaverit, vel accusatori in judicio adfuerit, feloniam committit *Dn. Vult. Cap.* 11. *num.* 27. *Rosenth. c.* 10. *concl.* 30. Idem obtinet si contra eum testimonium simpliciter dixerit, si cum Domini inimicis in ejus damnum, & detrimentum amicitiam contraxerit 2.*feud*.57. videatur *Rosenth. d. loc.* Nec minus feloniam committit, si dominum verbali injuriâ à afficiat, vel ei maledicat. *vid. Rhet. in comm. ad jus feud. l. cap.* 117.*&* *text.*2. *feud*.

feud. 24. Sic etiam citra feudi amissionem ad veri criminis accusationem non admittitur Vasallus. *Rosenth. c* 5.*n*,11. *arg. L. qui cum major* 14 *ff. de bon. libert.* Crimen autem læsæ majestatis excipitur, propter summum interesse publicum *arg. L. famoso.* 7. *§. servi quoque ad L. Jul. Majest. Novell.* 115.*c*.3. Nam patria Vasallo debet esse charior Domino suo, quam rationem addit *Vult. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 45. *L. quisquis C. ad L. Jul. Majest.* Item Vasallus feloniam committit, si credentiam h.e. arcanum, quod Dominus Vasallo credidit, seu secreta Domini in ejus damnum revelaverit 1. *feud* 17. 2. *feud.* 5 6. & 7. Imò, licet sub nomine secreti non fuerit commissum, modo commissum fuerit, incurrit quippe sic vasallagium, quo promiserat, se in damnum domini nihil esse facturum. *Matth. de Afflict c.* 1. *n.* 8. *d. forma feudi* Cum autem suam, suorumque injuriam persequi velit, in judicio contra Dominum, fieri hoc debet salvâ reverentiâ, & illæsâ autoritate Domini 2 *feud.* 22. *vers. curia autem* Sæpius allegatus *Dn. Vult. lib.* 1. *cap.* 11. *Rosenth. c.* 11. *concl.* 32. *lit. E.*

IX.

PEr consequentiam Dominus læditur, ubi personis potestati, vel affectui ejus subjectis injuria infertur, nempe, si Dominum cucurbitaverit, i.e. cum uxore ejus concubuerit. 1. *feud.* 5. licet concubuerit cum uxore volente, quod etiam ad sponsam extendunt *arg. L.* 13. *ff. ad L. Jul. de adult. Dn. Schrad. p.* 9. *cap.* 2. *n.* 12. & *seqq. Rittershus. cap.* 5. *n.* 2. Quia ad contumeliam sponsi spectat injuria, quæcunque sponsæ ejus fiat *L.* 15. §. 24. *ff. de injur.* Hæc enim, quamvis uxor propriè ejus non sit *L.* 17. §. *fin. ff. de reb. autor. jud. poss.* pro uxore tamen habetur *L.* 4. *ff. de fund. dot.*




L.5.C.de bonis quæ lib.Zif.p. 10.*n.*27. *Ritters h.c.*5.*n.* 102. Et licet *Vasallus* principaliter non faciat, ut Dominum offendat, sed ut satisfaciat libidini suæ *L. verum. ff. de furt.* tamen privatur feudo, quia tali casu juramentum à se præstitum, & fidelitatem debitam incurrit honesti temerator. *2.feud.6. verb. honestum Menoch Arbitr. jud quæst. lib.* 2. *cas.*267.*n.*3.*&* 4. Et feloniam committit *Vasallus*, non solum, si concubuerit cum uxore Domini, verum etiam si concumbere tentaverit missis literis amatoriis, & similibus, vel deosculatus fuerit eandem. 1.*feud.*5. *verb. vel concumbere exercuerit*. Præsumitur enim osculum, & amplexus injuriosus, si secretò fiat, sive à clerico sive à Laico, nam quod nonnulli in clerico benedictionis causa hoc factum interpretantur *Gloss. in causa absit verb. sinistrum* 11. *quæst.* 3. Meritò DD. communiter displicet: tum quia & clerici fragilitati humanæ æquè subjacent, ac alii *L.* 12. *§. fin. ff. de Accus.* tum quia accessus clericorum ad mulieres æquè ac aliorum & suspectus & punibilis est. *L.* 19. *C. de Episc. & Cler.* Idem est, si turpiter luserit. 1. *feud.* 5. ludi enim ita exercendi sunt, ut servetur honestas, & verecundia castis moribus perseveret. *Ludovel. cap.* 16. *circa med.* Hæc autem vera sunt, si in loco suspecto lascivè jocatus sit, v.g. impudenter contrectando, aut præter gentis consuetudinem tangendo non tangendam, ex quibus concludi posset, quod si ad actum pervenire studuerit, talis affectus vel voluntas in atrocioribus delictis punitur, quamvis non sequatur effectus, h.e. quando non per vasallum, sed propter impossibilitatem factum, quominus delictum ad effectum productum fuerit *Gloss. ad hunc text.* 1. *feud. l. non dicam rapere* 5. *C. de Episc. & Cler. L.*14. *ff. ad L. Corn. de Sicar.* Secus autem

est

eſt, ſi contractus adhuc fuerit innocuus, vel ſponte Vaſallus deſtiterit à propoſito *L.1.ff.§.ult. Quod quisque jur. in al. ſtat. arg. 2. feud. 51. §. ſi voluerit. Dn. Rhet. in comm. ad jus feud. lib. 1. tit. 5.* Nam qui pœnitentiæ locum dat re adhuc integrâ, non punitur *L. qui falſum ff. ad L. Corn. de falſ. L. cogita 18. ff. de pœn.*

X.


DE vidua dubitant feudiſtæ, propter verba *text. 1. feud. 21. Domino vivente:* Sed dicendum, ſi intra tempora luctus Vaſallus concubuerit cum vidua, feloniam committere *arg. L. 11. §. 1. ff. de his qui not. inf.* alias non *propter text. all. 1. feud. 21.* Cum matre Domini ſi concubitus fiat, privatur feudo, cum non minor reverentia matri, quam conjugi debetur. *Roſenth. c. 10. concl. 27. n 25.*

XI.

QUod ſupra dictum de uxore, ſponſa, & matre, extendunt feudiſtæ etiam ad concubinam Domini *arg. L. 49. §. 4.* verbi *parum refert ff. de Leg. 3.* ſed quoniam rationes ex iſta lege ad illud ævum ſe referunt, quo concubinatus legitima conſuetudo habebatur, hodiè verô ejuſmodi conſuetudo jure receſſuum pro illicita & prohibita cenſeatur *arg. Reform.* zu Augſpurg *Anno* 1630. *tit.* 33. *§.* von leichtfertigen Beywohnungen / ex hoc capite Vaſallum privari feudô, non ſuſtinuerim, cum contra honeſtum quoad Dominum peccaſſe dici nequeat.

XII.

ÆQuè Vaſallus feloniam committit, ſi filiam vel neptem ex filio, nurum vel ſororem, quæ in capillo eſt, ſtupraverit *1. feud. 5. 2. feud. 24.* Quoniam [illegible] mini, & curiam reverenter haberi convenit. [illegible]

violatus aggravat delictum *arg. L. 16. §. Locus ff. de Pœn.* Quod minus recte ad Pedissequam Dominæ extenditur *1. feud. 5. 7. 21. §. fin. 2 feud. 24. § Idem vers. rursus.* Sed si cum personis jam dictis excepta uxore stuprum, vel concubitum saltem tentaverit, aut conatus fuerit, non excidit feudo: *Cum id exercuerit* in dictis personis non repetatur, Et odiosa, quoad pœnam hanc restringenda potius sint, quam amplianda. Videatur *Dn. Rhet. in Comm. ad jus feud. lib. 1. c. 5.*

XIII.

FEloniam quoque committit Vasallus, non solum delinquendo circa personam Domini, verum etiam circa extraneum: sic propter incestum à Vasallo commissum cum matre & sorore rectè feudo privatur. *Rosenth. c. 10. concl. 37.* Et quod in simili casu Facultas Juridica Francofurti ad Od. pronunciaverit, præjudicio confirmat *Dn. Rhet. lib. 1. tit. 5. n. 20.* Et non obstat, quod nusquam in libris feudorum hæc ponatur causa amissionis feudi, ideoque nec recipienda videatur *arg. l. 19. C. de collat. bon.* Præterquam enim quod non minùs ex jure sit illud, quod verbis exprimitur, quam quod per bonam consequentiam inde deducitur *arg. L. 17. L. 29. & seqq. ff. de leg.* Ipse quoque feudista fatetur, non omnes causas privationis feudi à se recensitas esse, sed etiam alias æque graves occurrere posse *2. feud. 26. circa fin*; Et quamvis supradictum meminerim, quod in pœnalibus non facilè sit admittenda extensio, tamen ubi extensionis ratio perspicua est, uti hic cum JCtus extensionem fieri expresse permittat *2. feud. 24.* aliud statuendum erit *arg.*

rit *arg. 2. feud. 56. Verbis bona contrahentium incestas nuptias.* Veluti ob crimen læsæ majestatis feudo quoque excidit delinquens *arg. l. 5. verbis si qua vero feudum de pœn. in 6to.* Et hoc non tantum in Imperatorem Romanum, sed etiam in status imperii committi rectè dicimus: Quæritur autem hac occasione, si status Imperii, qui est Vasallus alterius status, in Imperatorem committat crimen læsæ Majestatis, an feuda delinquentis cedant Imperatori, an vero Domino? ℟. Quamvis in Imperatorem delictum commissum sit, feudum tamen ad intermedium Dominum h. e. statum imperii pertinere: *Videatur Capit. Cæsar Ferd. III. Art. 28. Ferd. IV. Art. 27. Et præsentis gloriosissimi Imperatoris Leopoldi art. 77.* Et hoc tam ad allodialia, quam feudalia extendendum propter verba generalia text: alleg. *§. 27. verbis* wenn derselben *Vasallen* oder Unterthanen *ex crimine læsæ majestatis* oder sonsten dieselbe verwircket hätten / nach ihrem Willen schalten und walten lassen/ keines weges aber zum Käyserlichen *Fisco* einziehen: Die *Allodial*-Güter auch *&c.* Quid si autem Imperator remittat pœnam delinquenti antequam sententia declaratoria lata fuerit? statuendum, quod talis remissio non possit esse præjudicio ipsi Domino intermedio, vel statui imperii, quia Vasallus ob talia crimina ipso jure excidit feudo, Et status imperii à tempore criminis commissi statim jus quæsitum habet, quod ei per gratiam Imperatoris auferri nequit. *videantur allegati text.*

XIV.

PRopter atrocitatem delicti etiam punitur privatione feudi, qui fratrem, vel nepotem ex fratre, vel alium, in cujus persona parricidium committitur, occiderit 2. *feud.* 24. in §. *denique*, in quo textu Vasallus ob quodcunque fratricidium feloniam committit, non habitô respectu, an ob avaritiam captaverit fratris hereditatem, vel an ortá rixa occiderit *Dn. Schnob. disp. feud.* 10. *th.* 25. verbis *eo fine, ut feudum solus.* Et sic ob quodvis parricidium directò & propriè sic dictum felonia committitur, videatur *Anton. Matth. de Crim. lib.* 43. *t.* 6. *c.* 11. 12. *& seqq.* Nullum quippe flagitium magis, quam quo quis naturæ ipsi, quæ proniori affectu sanguine junctis bene cupit, vim inferre, vel contra eam sævire non erubuit, videatur *sæpius laudatus Dn. Rhet. lib.* 1. *t.* 5.

XV.

CÆterum non idem dicendum erit, si quis Domini sui fratrem occiderit 2. *feud.* 37. Nam hoc loco non procedit comparatio fratris *Vasalli* cum fratre Domini, tum, quod idem disertè neget feudista *tit. d.* 37. tum quod etiam disparratio sit utriusque; quia ob fratrem Vasalli interfectum idcirco non amittitur feudum, quod felonia directò in Dominum commissa sit, sed quia gravissimum & atrocissimum delictum, nempè parricidium admiserit *Vasallus*: Jam verò, licet grave etiam sit delictum, occidere fratrem Domini, non tamen parricidium est, sed simplex tantum homicidium: Et homicidium simplex, nisi proditoriè, vel in odium Domini fa-

ctum

ctum fuerit, ad feudi privationem efficax non putant Feudistæ. Videatur *Motz. n.61. vers. Sed dubitari posset*: *Hunn. in tr. suo feud. Cap.*14.*pag.*mihi 388.

XVI.

NEc eadem ratione, qui sibimet ipsi violentas manus intulit, feudo privandum esse volumus, quia, sicuti homicidium simplex, ita & hoc infra Curiæ curam fuit visum, non quod probaverit nefas, sed, quod eo judicio non potuerit vindicari, nec offendat Dominum. Videatur *Motz.* Ex *quibus causis feudum amittatur n.* 62. *Dn. Vult.* *d. lib.* 1. *c.* 2. Quamvis alias distinguerem: vel Vasallus conscius sibi alicujus criminis, ex quo feudum alias amitteretur, sibi manus intulit, vel tædio vitæ; priori casu feloniam committi puto, posteriori non. Videatur *Hunn. c.*14.2. Etenim *feud.*37. *homo* Convasallum significat, ut ostendit Hottom. *disp. feud. c.* 24. Hoc autem non ad quemvis hominem trahendum est, quamvis *Dn. Schr. p.* 9. *c.* 3. *n.* 64. hoc velit. Videatur *nobiscum sentiens sæpiùs laudatus Vulcej. c.* 11.

XVII.

IN faciendo circa bona feudalia Dominus læditur, si Vasallus alienet feudum, ignorante Domino *1. f.* 5. *2. f.* 52. *&* 55; Nam licet olim Vasallis integrum feudum sine consensu Domini alienare, & liberè de eo disponere liceret *2. f.* 44. *in pr.* Et postea saltem ad medietatem prohibita alienatio 1. *f.* 13. tamen de jure novissimo nihil de feudo sine consensu Domini alienare permittitur Vasallo sub lege amissionis, Videatur *text.* 2. *f.* 52. & 55.

Ad


  

Ad quod autem possessionis translatio requiritur, sola enim conventio de alienando non sufficit, sed & possessionis translatio necessaria est ad hoc ut Vasallus ex alienationis causa feudô privetur *all. text. 2. f. 51. & 55.* Quoniam alienatum proprie non dicitur, quod adhuc in vendentis, vel alterius dominiò manet. *L. alien. 67. ff. de verb. sign. Vult. c. 11. n. 42. Ritterh. c. 5. q. 77. Borch. c. 8. n. 81.* Et quamvis famis, nuditatis, aut æris alieni compulsus necessitate feudum alienaverit, tamen ejus jacturam patitur *2. feud. 9. vers. necessitate 2. f. 55. Menoch. Arb. Jud. q. cent. 2. Cons. 182. n. 1. Rosenthal. c. 9. Concl. 3.* Sed quæritur, an Dominus requisitus tali casu etiam invitus assensum suum præbere cogatur, quod contra *VVurms. Burch. Rittersh. & alios plures negat Ludvvel c. 17.* invito enim jus suum auferri nequit, *L. 11. ff. de R. J.* & invitô Dominô alius Vasallus non est obtrudendus *2. feud. 12. Schr. p. 9. c. 1. n. 21.* nisi consuetudine aliter sit receptum. *Vult. lib. 1. c. 10. n. 92. Clar. q. 31. n 12.* Cujusmodi consuetudinem in Gallia esse receptam, testatur *Rittersh. c. 13. q. 2.* vel si vasallus alienationi hanc conditionem apponat: Si Dominus consenserit, vel si Domino placuerit, tali casu expresse Vasallus Domino suo jus reservavit, & jus Domini intervertere, vel eum contemnere voluisse dici non potest, cum hæc alienatio conditionalis sit, quæ perfecta non est, nisi conditio exstiterit *L. 7. ff. de contr. empt.* & quamvis Vasallus demonstrare possit, Domini conditionem per alienationem factam esse meliorem, tamen feudo excidit, omnis enim alienatio prohibita est. *Borch. c. 8. n. 78. supra. alleg. text.* partem autem alienans, etiam pro parte tantum feudum amittit uti habet

habet *text.2.feud.*38.1.*f.*21.§.*ult.L.* 8.*de legat.*1. *Dn. Schr.* *p.* 9.*c.* 1.*n.* 55. Et non obstat, quod in quibusdam text. Jurisfeud. etiam pro parte alienatum feudum simpliter amitti dicatur: Resp. enim etiam eum, qui partem feudi amittit, rectè dici feudum amittere, cum pars à toto divisa, totum constituat, Videatur *Setz. c.* 9. *th,* 14. *& Ludvvel.c.*17. quod si autem Vasallus obtendat, se tempore alienationis ignorasse esse feudum, & putasse allodiale fuisse, juramentum ei deferri volunt *text. Iur. feud.* 2. *f.*42. *Gail. Observ.* 48 *n.* 23. *Schr.p.* 9.*c.*1.*n.*45. nisi ex conjecturis satis concludi possit, vasallum non ignorasse: Tali casu ad juramentum non erit admittendus. *Mascard. de Prob.vol.*2.*concl.*579.*n.*31. *antea alleg. Gail. d. lib. Obser.*48.*n.* 18. *&* 69. Quod etiam innuere videtur text. 2.*feud.*41.§.*ult.* cum tali casu ipsi ad delinquendum ansa daretur; Cum autem præsens sit Dominus, & non contradicat alienationi, puto pro consentiente illum haberi posse. *Rosenth. c.* 9. *concl.* 31. *Dn. Vult. c.*11.*n.*45. Quid si autem dubitaverit Vasallus feudum esse, vel non? putamus contra *Boerum*: tali casu feudo eum non esse privandum, cum dubitans non possit dici contemnere Dominum, quem certò non scit, se habere; pro bonæ enim fideipossessore habendus dubitans. Z*anger de Except. p.* 3. *c.*8. *n.* 44. Ergo & hic dolus vel lata culpa abest Videatur *Ludvvel c.*17.*& arg.L* 38.*ff.de Rei vind.*

XIIX.

NOn minus Vasallus feudô privatur, si callida machinatione sub prætextu subinfeudationis (quod jus subinfeudandi Vasallis conceditur 2.*f.* 34. *v.* 2. 2.*f.pr.*) Per

contractum libellarium, vel alio modo feudum transtulerit in alium, cum jus omnibus simulationibus inimicum sit, quæ notantur 2.*f.*9.*§.*1. *verb. per libellum dare.* Quid autem sit contractus libellarius habet eleganter Hotom. *in Lex. feud. voc. libell.* Potest addi *Iohannes Gronovius in variæ eruditionis tractatu de sententiis lib.*3.*C.*9. *pag.*392. *verb. nam libell. Et c.*12. *pag.*448.

XIX.

HIs itaque præmissis consequens est, Vasallum invitô Dominô feudum neque vendere, neque permutare *arg. L.*1.*§.*5. *& 6. ff. quandò de pecul. VVesenb. c.*11. *n.*3. Neque donare 2.*f.*9. sive inter vivos, sive mortis causa *Rosenth. c.*9. *concl.*6. *Vultej. c.*10. *n.*45. Neque in solutum, in dotem, vel donationem propter nuptias dare *Rosenth. c.*9. *Concl.* 8. *Vultej. c.* 10. *n.* 46. ita nec in emphyteusin concedere, neque, ut feudum ab alio usucapione vel præscriptione acquiratur, permittere debet *arg. L.*28. *de V. sign. Vult. c.*10. *n.*47. Arg. *L. penult.* §. 1. *ff. qui satisdare coguntur Arg. L.*1. *§. fin. ff. si ager vectig. Mynsing. Obs.*30.

XX.

SIc quoque Vasallus feudò excidit, si illud pignori dederit, cum tali casu translatio in creditorem & quidem in præjudicium Domini fiat 2. *feud.*55. verbis *Pignore obligare Dn. Struv. in synt. jur. feud. c.* 13. *Aph.* 7. *n.* 2. In hypotheca autem aliud volunt feudistæ, si modo intra terminos suos se continuerit, & traditio nondum facta fuerit, quam ad amissionem feudi requirunt. *arg. feud.* 24. *verb. quod dicitur* 2. *f.*26. *§. si vasallus* 2. *f.*55. *§. callidis*

Hoc quidem verum, quod hypotheca non subsistat, interim tamen, quamvis de hypotheca tali conventum fuerit, non amittitur feudum, videatur *Dn. Struv. c. 13. Aph. 9. n. 5.* Bald. in caput *imperialem in princ. Zas. p. 9. n. 18. Borch. c. 8. n. 60. & seqq. Wurms. Observ. 18.* In fructibus autem oppignoratio valet, quia fructus non tam feudalis, quã allodialis indolis vel naturæ censentur. *Schr. de feud. p. 8. c. 1. n. 25.* unde *Gail. lib. 1. Obs. 117.* putat, judicem posse creditorem immittere in feudum quoad fructus; addatur *Hartm Pistorius p. 1. quæst. 18.* formalem verò usumfructum nullo modo constituere potest Vasallus *Rosenth. c. 9. Concl 11. Sonsb. p. 12. n. 103.* cum formalis ususfructus alienationis nomine, quæ Vasallo interdicta, omninò contineatur *arg. L. ult. C. de Reb. alien. non alien. Vultej. c. 11. n. 58. Hunn. c. 12. p. 339.*

XXI.

DE compensatione in dubium vocant Doctores, præsertim *Rosenth. c. 9. Concl. 7. n. 6.* qui putat compensationem non esse interdictam sub lege amissionis feudi: verum frustra hac de re dubitatur, cum compensatio etiam alienatio sit. *Schr. c. 1. n. 30. 2. f. 55.*

XXII.

NEc minus feloniam committit Vasallus circa rem feudalem, si Vasallus feudum aut partem ejus aliquam malitiosè negaverit *2. feud. 26. 2. feud. 34.* Si autem ignorans hoc fecerit, excusationem habet. *Rosenth. Cap. 10. Concl. 32. n. 3. Rittersh. cap. 5. quæst. 30,* idem si conditionem feudi abnegaverit, feudo privandus erit, qualitas

enim negata totum feudum respicit. *Rosenth. c. 10. concl. 32. n. 7.* Et *Doctor. comm.* Idem est si instrumentum ne gaverit Vasallus, quod defendit *Ludvvel contra Rittersh. c. 17.* addatur *Schr. p. 9. c. 6 n. 23.* Illam autem negationem feudi & contumaciam suam Vasallum per pœnitentiam purgare posse, si expensas & damna, quæ Dominus ob negationem hanc passus est, refundere paratus sit, & quidem ante litis contestationem, non verò post, statuit ex *l. 84. ff. de Verb. Obl. Ludvv. c. 17. Borch. cap. 8. n. 116.*

XXIII.



RestEstat jam, quomodo omittendo circa personam, & bona feudalia felonia committatur. Et circa prius notandum, quod Vasallus, cum sciat Domino periculum grave imminere, id non indicet *2. feud. 7.* si Dominum injustè carceri inclusum, cum id sciret, & posset, non liberaverit *2. feud. 24.* Si Dominum inopem pro qualitate feudi alere neglexerit *2. feud. 6. & 26.* Si Dominus prælium habuerit, & Vasallus eum dimiserit: Nexus enim feudalis eum adigit in tantum, ut Pro posse Dominum defendat, illique succurrat. *1. feud. 21. circa fin. 2. feud. 24. §. 2. in princ.* Et quia Vasalli hodiè Germaniæ potissimum consuetudine plerumque per substitutos militare & per eos servitia sua præstare Domino solent, si substituti Dominum in periculo constitutum apertè deserant, cum vitæ ipsius succurrere possent, Principales exuuntur feudo: Cum per viros Dominis suis dignos servire debuissent, Et sibi imputent, quod dum pro lubitu eligere valuissent, digniorem non elegerint; *arg. l. 27. §. 9. verb.*

9. *verb. si negl. in elig. minist. ff. ad L. Aquil.* Nam apud Romanos milites, quorum nomine *Vasalli* de jure feudali veniunt, sub gravi pœna fugere prohibebantur *l.* 3. *circ. fin. ff. de Re mil.*

XXIV.

HÆc autem tum demum vera sunt, cum Vasallus defensione suâ Domino prodesse potuerit, secus autem, si ita circumfusus Dominus ab hostibus fuerit, ut, licet *Vasallus* cum vitæ suæ periculo suppetias tulisset, tamen ipsi pereundum fuisset. Hinc exsurgit quæstio, an *Vasallus* Domini salutem propriæ præferre teneatur. *Rosenth. c.* 10. *Concl.* 16. *n.* 20 *lit. O Roland à Valle Cons.* 5. *n.* 36. *tom.* 3. *Et plurimus alii* negativam defendunt hisce additis rationibus, quod Vasallus saltem obligatus sit pro re feudali, neminem autem præsumi, pro re tantivis pretii vitam suam obligare voluisse: Et dilectionem proximi æstimari saltem ex dilectione sui ipsius *can.* 9. *caus.* 23. *quæst.* 5. Ego vero contrarium cum Præceptore meo Dn. Rhetio *lib.* 1. *lit.* 24. *verb. laboravit* statuo, quod salutem vel vitam suam Domini præferre non teneatur: Generaliter enim statuitur, Vasallum exui feudo, qui Dominum dereliquit, nisi mortuum vel mortiferè vulneratum per *text.* 1. *feud.* 5. ubi qualitas vulneris, lethale fuerit vel non, Judicis arbitrio definienda est, qui adhibito Medicorum & Chirurgorum judicio ex variis signis & conjecturis id dijudicabit. *Borch. c.* 8. *n.* 89. *&* 90. *Rittersh. c.* 5. *Quæst.* 49. Et certum est quod 2. *feud.* 6. *&* 7. Vasallus, si non durius, tamen æque strictè in causis feudalibus Domino teneatur ac subditus, Videatur *Dn. Eiben. ex Rosenth. in Elect. feud. c.* 11.

 §. 15.

§.13. Et cum Vasalli militum jure censeantur, quibus turpe non solum sed etiam capitis periculum foret, stipendio emtam animam, in prælio pro Domino reddere horrere *arg.l.1.princ.ad Senat.cons. Syllan.* Et *supr. alleg. l.3. de Remil. Crantz. lib.6.c.38.* exemplum tradit in Henrico Leone Duce Saxo Bavariæ, eum Fridericum Barbarossam Imperarorem in acie reliquisset, feudis omnibus exutum scribit, addatur *Mager. de Adv. arm. c. 11. n. 538.*

XXV.

EX quibus alia quæstio resultat, quid statuendum, si Dominus feudi ipse sit dux vel militiæ præpositus, & *Vasallus* eum dereliquerit in prælio? Puto quod tali casu duplici pœnâ teneatur: primâ, tanquam miles turpiter dimicans *arg. 6.§.3.ff.de Remil.* Ac deinde, quamvis hæc pœna, quod fugâ suâ malo exemplo integro exercitui fuerit, ad mortem usque extendatur, tamen feudo ad huc privandum esse, statuo *l. 2. in princ. ff. de priv. delict.* singulis enim delictis singulæ pœnæ imponuntur, sic ut altera alteram non consumat *l. 27. ff. ad l. Aquil. l. 11. §. 2. de serv. Corr. l.60. de Obl. & Act.*

XXVI.

ET quamvis Dominus injustam bellandi causam habeat, tamen *Vasallus* eum non audet derelinquere in prælio, sed potius eum adjuvare tenetur 2. *feud.* 28. semper enim bellum justum à principe, vel ab Imperatore suo præsumendum est *Motz. tr. de feud. c. ex quib. caus. n. 90.* & sic etiam defendere tenetur *Vasallus* Dominum, etiamsi

iamsi bellum vel prælium sit extra territorium suum: Quia *Vasallus* non debet exspectare hostem ad domum Domini sui, uti eleganter deducit ante all: *Dn. Motz. d. loc. n.*86.

XXVII.

IN omittendo circa bona feudalia ac jura ejus competentia Vasallus feloniam committit, si mortuo Domino ab ejus successore intra annum, & mensem non petierit renovationem investituræ. 1 *f*. 22. Computatũ à die mortis, vel mutationis Domini vel possessoris *Vasalli*, ipsum verò tẽpus ratione initii utile est *arg. 2. f. 9. §. 1. verb. Ex quo sciverit computando* i. e. currit demum à tempore scientiæ, nisi ignorantia supina vel affectata sit *arg. l. 6. ff. de jur. & fact. ign.* quoad cursum vero continuum est, nisi justa impedimenta intervenerint, videatur *Schr. p. 2. n.* 50. quod tempus legale est, & Dominus invito *Vasallo*, neque coarctare, neque prolongare, aut in præjudicium *Vasalli* suspendere investituram valet *Dn. Vult. lib. II. cap. 7. n.* 63 quia eadem ratione Dominus, si malitiosè denegaverit investituram *Vasallo*, jure suo excidit *arg. 2. f. 6. & 33. §. 1. in fin.* addatur *Ludvv. de renov. Invest. cap. ult. pag. 391. & seqq.* Eadem ratione Dominum *Vasallus* lædit, si justitiam ei facere recusaverit 2. *f.* 22. justitiam autem negligere hic nihil aliud esse putamus, quam si Dominus *Vasallum* vocaverit & se in judicio sistere nolit *Hottom. in Comm. de verb. feud. Dn. Rittersh. Cap. 5. quæst.* 53.

XXVIII.

HInc in genere verum est, quod si *Vasallus* Domino servitia præstare nolit, feudo privandus sit 2. *f.* 24. 1. *f.* 21.

verf.

veri. *sed non est*, nisi forte justâ causâ impeditus servitia non exhibuerit *d.* §. 2. verb. *aliud est Rittersh. Cap. 5. quæst.* 57. Sed quid, si remissa servitia fuerint, & postea Domino in angustiis constituto *Vasallus* denegaverit servitia, quibus eum liberare potuisset? dicendum, tali casu non committere feloniam: quia pacta dant legem contractui *l. 7. §. 5. ff. de pact.* Et quia præstatio servitiorum non est de essentia feudi, sed saltem de natura ejus, ideoque salvâ feudi essentiâ ab eo abesse, & pactis inter Dominum & *Vasallum* initis tolli, vel immutari potest *1. f. 14. §. 2. 2. f. 2. §. prater 2. f. 50. Et plures.* Aliud verò est, si Dominus remittat fidem, & ita ipsam formalem rationem feudi tollat: Tale enim pactum non quidem pro non adjecto habetur *Rosenth. c. 2. concl. 27.* sed facit, ut alius contractus constituatur, uti innuit *Struv. in synt. jur. feud. cap. 2. th. 6. n. 6. in fin.* cum autem de felonia paciscatur, distinguendum erit, an de futura felonia, an verò de præterita pactum intervenerit: prius pro non adjecta habetur *l. 27. §. 3. ff. de pact.* posterius verò valet *all. l. §. 4. in fin l. 29. §. 2. ff. pro soc.*

XXIX.

EX quibus resultat quæstio, an necesse sit, ut citetur *Vasallus* ad servitia, an vero teneatur ultro se sistere Domino ℞. quod text. Jur. feud. requirant quidem denunciationem *2. feud. 37. §. ult. 2. feud. 28. v. ad hoc*: Si tamen *Vasallus* Dominum in magno periculo versantem sponte non liberaverit, cum potuerit, feudo excidit. Quia dies interpellat pro homine *Schebl. in promt. Iur. feud. tit. 2. n. 7.*

Inter-

Interpellatio vero una ad Vasallum constituendum in mora sufficit, sive generaliter, sive specialiter facta sit, *arg. 2. feud. 26. §. licet 2. feud. 28. v. ad hoc*, dum autem hoc certum, eo quoque infertur, toties venire debere requisitum, quoties necessitas urget, & hoc verum est, licet servitia determinata sint, & Vasallus ultra modum determinatum servire non teneatur *Knig. de invest. p. 2. cap. 5. n. 6. Kohl. tr. de serv. feud. p. 4. n. 98. & 99.* Quæritur autem, an suis sumtibus servitia præstare teneatur? quod doctores communiter volunt *Rosenth. c. 8. concl. 22. Maul. de Homag. n. 35. arg. l. 18. & l. 20. ff. de oper. libert.* imò de jure feudali communi quoque suis sumtibus durante servitio se alere tenetur, Doctores communiter *arg. 2. f. 23. §. ult. 2. f. 55.* quamvis in *2. feud.* 107. jam statutum reperiatur, Vasallos, qui semel sumtibus suis instructi se stiterunt, Domini sumtibus militare, quod moribus & praxi plerorumque locorum etiam Saxoniæ servatur hodiè *Carpz. p. 3. const. 28. defin. 18. n. 11. Knigg. de jur. terr. cap. 3. n. 463. Kohl. de serv. feud. p. 6.* alicubi tamen in Germania adhuc hodie contraria consuetudo, ut suis sumtibus alantur, obtinet, de quo *Balthas. de oper: rust. Myler. ab* Ehren-Bach *de jur. Princip. ac stat. Imper. cap. 76. n. 7. Schebl. im promt supra all. lib. tit. 2. n. 26. & seqq.*

XXX.

ET certum est, quod quamvis alium substitutum offerat, ipse vero ad servitia præstanda se sistere detrectet Vasallus, feudum amittat *Rosenth. cap. 8. concl. 38. n. 41.* certæ enim causæ tantum, quibus per substitutum

Vaſallus admitti debet, exceptæ ſunt, quas recenſet *Str. in ſynt. jur. feud. cap.* 1. *n.* 6. quamvis autem moribus plerorumque locorum in arbitrio Vaſalli ſit, an ipſe, an per ſubſtitutum requiſitus comparere velit, ſi tamen Dominus ob ingentem aliquam rationem Vaſalli perſonam, qui forte ob ſingularem belli peritiam præſtaret, requireret, ſine juſta & legibus probata ratione ſe ſubducere non poſſet, ſed morigerus ideò feudò exui valeret: juramento quippe fidelitatis notanter cautum eſt, ſe Dominum in neceſſitate, qua eundem juvare poſſet non relicturum, quod incurreret, ſi ſe ſiſtere denegaret, *Dn. Schrader* quidem *pag.* 6. *cap.* 6. *n.* 44. putat, de jure communi quoque arbitrii eſſe, an perſonaliter, an per ſubſtitutum ſervire velit Vaſallus: ſed verior, ut iſta opinio ex jure feud. probetur: cur enim certis perſonis, & certis impedimentis intervenientibus demum excuſatio conceſſa, ſi id generaliter liceret? 2. *f.* 26. §. *ſi quis deceſſerit Struv. cap.* 1. *n.* 6. *Roſenth. de feud. cap.* 5. *concl.* 38. *n.* 41. *Kobl. p.* 1. *n.* 137. *& ſeqq.*

CAP.

CAP. IV.

Cui ex causæ cognitione, feloniâ commissâ, cedant bona feudalia.

Thes. I.

EX capite præcedente satis patet, quod pœna feloniæ commissæ sit amissio feudi; an autem talis amissio ipso jure fiat, an verò demum per sententiam interpretes variant. Vid. *Petr. Gudel. d. J. F. p.* 5. *cap.* 3. *n.* 1. verior autem sententia videtur *in Vult. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 59. Et *Struv. cap.* 15. *a.* 11. quod feudum ob culpam regulariter ipso jure non abeat à Vasallo, sed demum per sententiam privatoriam propter text. 1. *feud.* 21. *verb. sine cognita culpa* & 1. *feud.* 22. *verb. damnetur. Struv. cap.* 15. *a.* 11. *Hartm. Pist. p.* 1. *quæst.* 35. *n.* 6. Nullibi enim in jure feudali dicitur ipso jure dominium utile ob feloniam ad Dominum reverti. Et II. certum est, quod Domino concedatur 1. *feud.* 22. condictio causa data causa non secuta, qua actione personali quis sibi petit restitutionem, cujus dominium est apud alterum *tot. tit. de condict. caus. dat. caus. non sec. add. l. ult. usufr. quem. cav.* III.

 con-

convenit hæc feudi ex ingratitudine repetitio cum revocatione donationis 2. *f.* 14. §. 2. quæ ob ingratitudinem commissa, non ipso jure fit, sed per actionem & sententiam l. fin. C. de revoc. donat. accedit IV. quod nec per duellium bona ipso jure publicentur, sed usque dum damnati fuerint, dominia rerum suarum retineant *l.* 15. *qui & a quibus manum. lib. non fiunt. Ant. Matth. de crim. l.* 48. *tit.* 2. *cap.* 3. *n.* 22. Neque etiam V. ex aliis delictis quis ante patitur pœnam, quam per sententiam condemnatus fuerit *adde Rosenth. cap.* 10. *concl.* 42. *n.* 25. *&* 26. *Rittersh. l.* 2. *feud. cap.* 6. *q.* 15. *Hartm. Pist. p.* 2. *conf.* 35. *n.* 49. Singulis enim hoc non est concedendum, quod publicè per magistratum fieri potest, ne occasio majoris tumultus detur *l.* 146 *ff. de R. J. Zas. p.* 10. *n.* 72. *Borch. cap.* 8. *n.* 156. *Vult. cap.* 11 *n.* 59 *Rosenth. d. cap.* 10. *concl.* 41. *n.* 1. *Ritterh. cap.* 6. *q.* 15.

II.

A Regulâ autem supra dictâ excipiuntur I. ob comissum propter alienationẽ illicitam, ubi ipso jure excidit Vasallus *arg.* 2. *f.* 55. *§. callidis verbis libere reverti ad Dominum*; cum enim ipse Vasallus alienans & tradens feudum, quantum in se est, velit translatum in alium, in hunc verò tali modo planè non possit transire, ideo non potest non jus feudi consolidari cum jure, quod penes Dominum residet: vide *Dn. Struv. synt. I. f. cap.* 15. *a.* 11. *n.* 6. *Hartm. Pist. lib.* 1. *q.* 35. *n.* 12. *Zas. pag.* 10. *n.* 72. II. ob crimen læsæ majestatis ipso jure bona amittit *Vasallus Gail. de pac. publ. l.* 1. *cap.* 3. *n.* 13. *&* 14. III. ob incestum IV. de jure canonico ex const. Bonif. *VIII.* si quis cardinalem hostiliter persecutus sit

arg.

arg. Cap. felicis §. *si qua verò de pœn. in 6to* V. ex pacto inter Dominum & Vasallum. plures exceptiones vide apud Vult. l. 1. cap. 1.

III.

QUibus casibus tamen, licet ipso jure Vasallus excidat, sententiâ tamen declaratoriâ opus, quamvis jure certum sit, tale delictum committentem feudo excidere, an tamen hic vel ille re vera commiserit, nec excusationis causas habeat, dignoscendum *Gail. de pac. publ. l.* 1. *cap.* 3. *n.* 14. *Arg. Cap. Leopold. art.* 28. *princ. verb.* unerhörter Sachen/ quod etiam alibi notatum deprehendimus, ut in notoriis quidem operoso processu non sit opus, non tamen negatur, quod aliqualis desideretur, imo expresse declaratoria requiritur *in Cap. Ferdin.* 2. *Imper. art.* 30. *& novisf. Leopold. Art.* 28. Ehe und bevor wir zur würcklichen Achts Erklärung schreiten; Nam in pœnis irrogandis etiam iis, quas ipso jure incurrimus, opus esse processu judiciario in terminis habet *Mav. p.* 5. *decis. VVism.* 317.

IV.

ET necesse insuper est ut Dominus, antequã condemnet Vasallum, probet feloniam esse commissam; nec enim dolus in dubio præsumitur, sed probandus est, quomodo autem Dominus probare debeat dolum contra Vasallum aperte declarat text. 2. *feud.* 57. *in fin. Rosenth. cap.* 10. *concl.* 46. refert scilicet d. text. quinque testibus omni exceptione majoribus; Ratio vero in gravitate negotii ut minor suspicio de subornatione esse possit, licet aliis negotiis

 duo


duo aut tres sufficiant *l. 18. C. de test. Mascard. de prob. vol. 2. concl. 762. n. 1. & concl. 857. n. 28.* putat textum allegatum 2 *f.* 57. abrogatum esse: sed negat hoc *Dn. Ioh. Frid. Rhet. lib 1. tit. 5.* & notum est, quod Vasallus non ex omni culpa feudô privetur, sed quæ à Judice feudali sufficiens fuerit reputata 2. *feud. 23. verb. Non enim ad hoc sufficit omnis occasio per quam fidelis accepti beneficii videtur ingratus.* Sed quæritur hac occasione, annon convictus dici possit Vasallus, priusquam confessus fuerit feloniam? respond: si aliæ probationes adfuerint sufficientes, sufficere ad condemnationem, etiamsi confiteri nolit, *per l. 18. C. de pœnis & Art. 69. Const. Crim.* Dum autem dicitur convictus vasallus non solum probatione prævia intelligitur, sed etiam defensione reo indultâ: *arg. 2. feud. 52. in fin. verbis: si justa causa impediente steterit, & argum. 1. feud. 22.* verbis: *nisi justa causa intervenerit:* sine ea enim conuictus dici non posset.

V.

QUis autem sit judex competens non est hujus loci, ideoque propter materiæ prolixitatem remitto me ad *Dn. Struv. Syntag. juris feud. cap. 16. &* 1. *feudorum 18.* in quo dicitur, quod imperator inter capitaneos, hoc est majores Vasallos judex sit; inter minores verò valvasores pares curiæ; de quibus *all. Struv.* An autem adhuc hodie solus imperator cognoscat & decidat circa majora feuda, est quod in dubium vocant Dd. Ex praxi, & secundum leges imperii res ita sese habet: si agitur de feudo regali in petitorio, vel possessorio ordinario alicui adjudicando, alteri verò denegando, Imperator

rator exclusâ camerâ judex competens est, per *Ordin. cam: p. 2. tit. 7. Schütz. de vicar Imper: concl.* 14. *Reinking. de Reg. Eccles. & secul. lib.* 1. *concl.* 4. *Cap.* 19. *per tot. Arum: ad A.B. disc.* 3. *th.* 42. Si verò saltem in possessorio summario, vel saltem interdicto adipiscendæ, aut recuperandæ, aut retinendæ possessionis, camera quoque habet fundatam jurisdictionem: si verò de jure hypothecæ alicui constituto, vel alio jure simili in eo fundato, Austregas judices esse, in propatulo est, de quibus Austregis vid. *Aureus tractatus Georgi Schubhardi add. Dn. Blum ad process. camer. tit.* 41. *n.* 6. *&* 10. Sed num de solo imperatore loquatur ordinatio cameralis, num vero junctis statibus, ut paribus curiæ Dd. in partes abeunt: *Limnaus ad jus Publ. l.* 2. *cap.* 9. *n.* 32. *& seqq.* Ex Novisf. autem imperii Recesf. & post ordinationem cameralem *part.* 2. *tit.* 7. nostro judicio judicia, & processus de feudis istis Regalibus nomine imperatoris solum instituuntur per sententiam finiuntur & eo intuitu is solus in iis esse judex perhibetur, sed sine consilio, & consensu electorum, & statuum imperii nihil inibi statuit, nec decidit, multo minus executioni dat *per §.* 39. *c. semper. Leopold.* verbis **wir wollen/ und sollen auch in wichtigen Sachen/** *&* §. 3. *ejusdem Capit. verb.* **und ohne der Churf.** & quod in his solus cognoscat, & judicium formet, probatur, *ex Inst. pacis Osnab.* ubi sententiæ à solo imperatore in talibus causis latæ, uti in causis **Hessen** contra **Hessen: Baden** contra **Baden** approbantur, licet per compositionem, & transactionem aliquid iis decesserit: & §. 188. *Recesf. Imper.* 1654. *verb.* **von uns erörtert worden/** *& arg. Art.* 4. *Ord. Camer. de Anno* 1555. *in fin.* verb: *coram Cæsarea Majestate.*

VI.

VI.

QUod supra dictum de paribus curiæ, verum etiam est, licet pares isti litigantibus dignitate inferiores sint: sufficit enim, quod pares curiæ sint *Modestin. Pistor. p. 1. cons.* 59. *q.* 2. modo suspecti non sint postulati. Super caussis autem suspicionis reliqui convasalli, sc. pares cognoscent, vel etiam arbitri eo fine dantur *arg. cap.* 41. *§. fin. x. d. appell.* Et si de iis appareat, alii non suspecti iis substituuntur; si autem alii non adsint, qui cognoscere valeant, proximè superior cognoscit, & causis iisdem probatis, nec in inferiori curia, qui substitui valerent, apparentibus, è suæ curiæ paribus ad hoc imploratus, substituit. *Frider. à sande in Comment. ad. consuetud. Geld. tract.* 3. *cap.* 1. §. 1. *n.* 11. vel causa ad superiorem ipsum pertinebit: vid. *Dn. Rhet. in Comm. ad jus Feud. lib.* 1. *tit.* 10.

VII.

DIctis casibus, & observatis requisitis, feudum pertinebit ad Dominum, sc. si novum indistinctè exclusis tam filiis, quam agnâtis, *2. feud.* 31. *2. feud.* 14. *§. si vasallus 2. feud.* 26. *clarus quæst.* 66. *n.* 2. *&* 5. Paternum verò, sive antiquum, quando injuria in Dominum directò, vel per consequentiam redundaret, quousque delinquens, & descendentes, qui causam à delinquente habent, vivunt, ad dominum: si injuria in alium exclusis filiis ad agnatos proximè successuros pertinet *arg. 2. feud.* 24. §. 3. verbis: *si tam beneficium fuerit paternum*, juncto *2. feud*, 31, Nam aliis agnatis præjudicio esse non potuit

delin-

delinquens *arg. 2. feud. 5. §. e contrar. verf. eorum agnatorum. Carpz. p. 3. conft 27. def. 6. & 15. Struv. cap. 15. a. 14 n. 3.* Ratio autem, cur agnati in feudo novo excludantur, expedita eft, quia illi alias in feudo novo non admittuntur. *2. feud.* 11. cur vero filii repellantur, variant Doctores: vid. *Hartm. Piftor. lib. 2. quaeft.* 16. vera autem videtur ratio hæc, quod in his quoque exempla paterni criminis metuantur. *arg. l. 5. C. ad Leg. Jul. Majeft.* accedit, ut charitas liberorum parentes Vafallos Dominis fuis fideliores redderet *Dn. Rittersh. c. 6. quaeft. 28. add. Ludvv. c. 18. n. 4.* Diffentientes quidem habemus, ftatuentes, feudum omnibus cafibus pertinere ad Dominum: fed quia dictâ ratione opinio noftra fatis munita eft, eamque communior fententia, non tantum de hoc, fed etiam de Jure Saxonico. *Carp. p. 3. conft. 27. def. 5.* firmat, illam fequi nullus vereor: diffentientem vid. *Ludvv. c. 18. n. 4.* mecum fentientem vid. *Dn. Rhet. in comm. ad Ius Feud. l. 1. c. 5.* ad verb. *his omnibus*. Quod ftatutis & moribus quorundam locorum contrarium introductum fit, concedo cum *all. Rhet.* Sed quod noftra opinio de Jure comm. maneat, eft quod affirmo. *ex all. text. 2. feud. 6. §. e contrario.*

IIX.

QUando autem culpa non in Dominum, fed alium commiffa eft, feudum antiquum non ad Dominum neque filios, fed ad proximos agnatos pertinet, uti *fupra th. praeced. dictum. 2. feud 24. §. fi vafallus. 2. feud. 26. 2. feud. 32.* 37. Qui mortem delinquentis expectare neceffe non habent, fed ftatim feudum ipfis aperitur,

non tantum, si tempore commissi quarto, vel ulteriori gradu sint delinquenti conjuncti, sed etiam proximiores. *Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. 15. n. 12. & seqq. Dn. Vultei, c. 11. n. 71.* Novum verò, uti dictum indistinctè ob quamvis culpam, etiam in alium, quam Dominum, amissum ad Dominum exclusis filiis pertinet, *vid. Ludvv. c. 18. n. 2*: Limitatur tamen hoc, nisi consentiente Domino fortè tale delictum commisisset Vasallus, ut in præjudicium tertii, qui alias successurus erat, feudum caderet ad Dominum, ipsi planè non cederet, ne dolo & turpitudini indulgeretur, vid. *Dn. Rhet. lib. 1, tit. 5.* verb. *Iure feudum amittere n. 2.* Hinc incidit quæstio, quid statuendum, si vasallus cum uxore Domini superioris mediati consuesceret, num bona feudalia superiori, in quem delictum commissum, an intermedio Domino cedant? Resp. ex *text. 2. feud. 55. §. 2.* ad intermedium Dominum pertinere feuda *add. Capitulationes Ferdin. 3. art. 28. Ferdinandi 4. & præsentis gloriosissimi Imperatoris Leopoldi art. 27.* quibus bona feudalia, & allodialia, quando iis Jure Imperii exciderunt, cautè distinguuntur: quod illa Dominis suis, hæc vero Fisci Juribus gaudentibus cedant. *vid. sæpius all. Dn. Rhet. lib 1. tit. 5.*

Soli DEO Gloria.

CO

COROLLARIA.

I.

LEges Forenſes divinæ nos non obligant, niſi aliquid in ſe contineant moralitatis, quamvis pro rationibus nobis valeant.

II.

THeologia Juri noſtro Cæſario non eſt contraria.

III.

NEc ipſe DEUS de legibus, quæ ſunt meræ Juris naturæ diſpenſare poteſt.

IV.

POlygamia, ut contraria Juri divino in bene constituta Republica non est tolerenda.

V.

EX intentione Imperatoris Justiniani in Iure nostro non dantur antinomiæ.

VI.

COdex non derogat Digestis.

VII.

NOn sola particularis, sed etiam universalis Iustitia est finis Iurisprudentiæ.

IIX.

POenæ delinquentibus non secundum geometricam, sed arithmeticam proportionem infligendæ sunt.

Sed

IX.

QUi jurispublici cognitione neglecta solum juri privato studuit, non potest dici juris prudens.

X.

RAtio status, ut imperio maximè necessaria, non est improbanda.

XI.

IMperio Romano Germanico adhuc jus in urbem Romam ac subjectas ipsi provincias salvum est.

XII.

IN persona Caroli Magni Imperium Romanum translatum est in Germanos.

XIII.

EXtrema ebrietas in delictis pœnam mitigat.

XIV.

IN foro conſcientiæ tutus eſſe poteſt, qui juſto tempore legitimè præſcripſit, quamvis elapſo tempore ſcientia alienæ quondam rei ſuperveniat.

XV.

PRæjudicia in jure non probant.

XVI.

SCriptura non eſt de eſſentia juris ſcripti.

XVII.

QUamvis de jure civili ex nudo pacto non detur actio, tamen de jure Canonico efficacem obligationem & actionem producit.

XVIII

JUs Canonicum, quatenus Papam autorem habet, apud proteſtantes nihil autoritatis habet.

XIX.

COnfeſſio vulnerati in articulo mortis facta non eſt ſufficiens indicium ad torturam.

XX.

NObiliſſima eſt diſtinctio ab interpretibus juris Feudalis inventa, quâ feudum diſtinguitur in hereditarium & ex pacto & providentia.

XXI.

FEudum filiis conceſſum etiam nepotibus intelligitur conceſſum

XXII.

PAter uni ex filiis feudum prælegare non poteſt.

XXIII.

DIgnitas Doctoralis vel alterius generis gradus aſſumptio non dedecorat, aut obfuſcat gen[illegible] nobilitatem.

XXIV.




XXIV.

IN feudis regalibus ſolus primogenitus ſuccedit.

XXV.

NObilitatus ab Imperatore præfertur nobilitato ab inferiore, etiamſi tempore fuerit poſterior.

XXVI.


FEudum emptitium, ſive quod pecunia interveniente conſtitutum, & comparatum eſt, rectè poteſt dici feudum proprium, & propriam feudi naturam habet.

XXVII.

NEc Imperator, nec camera judex eſt, ſi extraneus Rex vel Princeps Principem Imperii convenire vult, ſed Auſtregæ admittendæ ſunt.







Ui cupiunt Divæ vigiles audire Themiſtæ
Cultores, verè ſcrutantur ſæpius iſta
Quæ neſcire magis prodeſt, quàm ſcire, proinde
Sanè non imitanda venit ſolertia talis,
De meliore luto Titan tibi pectora finxit
Wippermanne, Dices almæ pulcerrime pulle,
Et ſtudium accendit ſcrutandi dogmata juris,
A Domino fæcunda queant quî feuda parari
Excutis aſſiduà curâ & queîs feuda doloſis
Artibus exſpirent, ſtudio enucleare perenni

Non cessas, istæcque industria tanta probatur.

Gratulor inde tibi, cæpto bona mille labori
Apprecor, ut quæ feudorum natura sit acri
Percipias studio, verumq; errore fugato
Defendas, cathedram decores fortissimus heros
Pectoris ex imis voveo penetralibus orans
Illum qui veri juris fons unus et æqui.

Charissimo suo cognato palæstram juridicam subeunti his acclamavit.

David Pestel D. Feudorum & Codicis Professor.

CArmen, Amice, petis; quod, si Tibi pignus amoris
Affectusque voles esse fidele mei,
Illud, Amice, petis, de quo es sine pignore certus,
Quod mallem facto, quàm perhibere metro.
Quod si veridicum præsenti carmine testem
Doctrinæ & studii me cupis esse tui,

Fal

Falieris, egregio qui iam conamine monstras
Quod Tibi Tu testis proprius esse queas:
Si verò calidum speras de pectore votum,
Nescio, quid captis addere vota Tuis
Nostra queant maius, cui vota implentque faventque
Fas, Fortuna, Themis, Gloria, Fama, Venus.
Si tamen est aliquid, quod honoribus addere possim
His, precor, ut bona sint hæc diuturna Tibi.

Affectus testandi causa f.

Philippus Lomeier
Phys. P.P.

SIc tibi, Amice, decus qvo non mihi dulcius ullum
Quò libet ire *licet*, quò tanta *licentia* ducit,
Quò trahit emeritos, ut Apollo coronet alumnos.
Rumpe moras, avibusq; bonis ascende cathedram
Nominis augmentum simul & capturus honoris;
Non licet hanc homini cuivis adiisse corinthum.
Ve

Verùm si libet hoc, liceat mihi ludere parco:
Unde tuum invasit, dic, tanta licentia pectus,
Dimidio ut quamvis nunc tantum corde vageris,
Prælia non dubites *binis* inferre *Deabus*:
Dimidium modo pectus habes, reliquum tenet illa
Gratia quæ *puro* tibi cor *depascit* amore;
Ut pectus redimas, Themidos cito pulpita scandas.
Carpe, *licet*, Themis hos tibi quos concessit honores,
Carpe, *licet*, Venus hos tibi qvos concessit amores:
Hæc est quâ doctos tandem rude donat Apollo.

Ita cognato suo dilectissimo applaudere voluit, debuit

P. Pestel.



ARdua *VVippermanne* doces *feudalia iura*,
Et *Themidos* diæ lemmata docta refers.
Hinc etiam tibi diva Themis *meditatur honores*,
Hos, queîs dignus eris, queîs patriam decoras.
Gratulor, utque diu salvus superesse, fruique
Hoc titulo possis, ex animo voveo

Quo,

Quod votum ſiſtam tibi jam, perdulcis amice:
At votum tantùm? cor quoque ſiſto meum.

Ita tibi Nobiliſſ. Candidate
amorem meum ac be-
nevol. conteſtor


Conradus Ludeking.



ACcipe quæ donat Tibi phœbus *feuda* ſodalis,
Quæ dat amica Venus, quæ dat amica Themis.
Nomine te phœbus CLARO beat, atque decenti
Conjuge bella Venus, nobilitate Themis.
Sic ſudore petens *feudorum* ſolvere nodos
En *Vaſallus* eris, terque beatus eris.

Hæc optat ex animo

V. W. Molanus.

PErdoctè certas, oritur tibi palma decora,
Quam ſequitur Themidos venerandæ dulce brabeum
Dudum commeritum, faxit precor ille Triunus,
Fama tua hinc vigeat, laus, gloria ſurgat ad auras.

Clariſſimo ſuo Dn. Cognato ita accinebat

I. A. Barckhauſen.

FINIS.

